tuerunt. Aut titanum quos legimus deos ex terra ꝓgenitos. Aut reue
ra dicit poenas deorum. Fertur namq. ab orfeo qd dii periurantes per
stigem paludem. viii. milibus annorum puniuntur intartaro. Un
de ait statius. & stix ꝓ iura diuum arguit. RADAMANTHUS. Ra
damanthus. minos. aeacus. filii iouis & europae fuerunt. qui post
eo facti sunt apud inferos iudices. SUBIGITQ; FATERI. Compellit
ad confessionem. IURIO LAETATUS INANI. Latebra non uale de pro
futura quippe quae fuerat publicanda post mortem. DISTULIT
INSERAM. Grauem; ut serum bellum in angustius futurum. Salusti
us. PIACULA COMMISSA. propter quę expiatio debetur. ACCINCTA
FLAGELLO. Aut hoc dicit qd uidemus. quia qui longo flagello utit.
ut id post ictum insere uoluat necesse est. Aut accincta est. instruc
ta: aduerbera scilicet. idest nocentes flagello quatit ipsa ꝓparata.

Piaculum

AGMINA SAEVA SORORUM. Aut impetus. ut de arpiis dixit. Aut
serpentum agmina quos pro comis habent. IUNC DIMUM HORISO
NOS. C. S. P. P. Mittuntur inquit post uerbera ad aeternum sup
plicium. & e securus ordinem iuris antiqui. Nam post habitam ques
tionem in tullianum. ad ultimum supplicium mittebantur. Alii
hoc apoeta dictum uolunt. ut illa loquente intelligamus portam
ee patefactam; alii continuant narrationem. SACRE. execrabi
lis. CERNIS CUSTODIA QUALIS. Custodia e quae custodit nonque

Sacrae

Custodia

custoditur. Usurpatum au est sicut hospita sicut nepos. Na
hic & haec custos facit. Ea enim quae in. o. exeunt ut fullo. In. os.
ut nepos. In es. ut hospes. femmina esse non faciunt. Quae autem
inuenimus. usurpata sunt. unde & dissimilia; Nam custos. custo

Denominib, quae in. o. in. os. in. es. terminant

dia facit, nepos. neptis. UESTIBULO SEDEAT. Megeram significat. hoc autem
dicit. certus hanc quam sacua sit. est intus alia inmanis atris hiatibus quin
quaginta quae ē seuior quam hydra fuit. Multi ipsam ydram uoluerunt qd
non pcedit. Nam eam in adytis legimus inferorū ubi dixit. Acbelua lernae.
quā alii tria uoluerunt habuisse capita. alii nouem. simonides quinquagin
ta dicit. TARTARUS. Uel quia omnia illic turbata sunt. ΑΠΟΤΗΣ ΤΑΡΑΧΗΣ. Tartarus
aut qd ē melius. ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΑΡΠΙΖΙΝ. Idest a tremore frigoris. sole enim caret. ΤΑΡΤΑΡΙΖΙΝ.
BIS PATET IN PRECEPS. Ideo in pceps addidit quia potest quid & iam sur
sum patere. Uidetur autem prudentioribus hoc ideo dictum quia secundū
rationem sphaerae sol cū in unam contesserit partem. duae quasi tartarum
faciunt. Una a qua dissessit & altera ad quā nunquā accedit. Quod me
lius sphaerae indicat ratio. Hoc autē dicit; tartarus ipse bis tantum in
pceps patet. & tendit suas umbras quantus ē suspectus. idest altitudo ad
olympum aetherium. HIC GENUS ANTIQUUM TERRAE. Idest primū. Titanas enim contra saturnū genuit. gigantas postea contra iouem; & seruit De ortu titanum & gigantum
fabulae. titanas abiurata contra deos terra ad eius ultionem creatos. Unde
& titanes dicti sunt ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΙΣΕΩΣ. Idest a bultione. Dehis autē solus sol ab Trsis
stinuisse narratur ab iniuria numinum. unde & caelū meruit. ALOIDAS
GEMINOS. Aloeus ifimedian uxorem habuit. quae cōpressa a neptuno duos pe
perit. Otum & efialten. qui digitus nouem. p singulos menses crescebant.
Freti itaq altitudine caelū uoluere subuertere. sed confixi sunt dianae
& apollinis telis. Aloides autē sic dixit. sicut de hercule amfitrioniades di
cimus. GEMINOS. Sui similes. CRUDELES POENAS. Saeuas. nimias. Nam
non dicit indignas ferentem qui sacrilegus fuit. SALMONEA. Salmone
us aeoli filius fuit. non regis uentos. sed cuiusdam apud eliden ubi regna
uit. qui fabricato ponte aereo super eū agitabat currus adimitando to
nitrua. & in quem fulsur iaculatus facem iubebat occidi. hic postea ue
rum expertus est fulmen. MEDIAEQ: PER ELIDIS URBEM. Hic ē in
dignatio qd in ea ciuitate iouem imitabatur in qua specialiter iup
piter colitur. DENSA INTER NUBILA. Ostendit fulminis causam.
FUMEA LUMINA. Idest terrena. nam aetherius ignis caret fumo. sol

enim splendore uiget. HEC NON ET TITYON Tityos terrae secundum alios fi
lius fuit. secundum alios a terra nutritus. unde elegit sermonem qui utrumq;
significaret. nam alumnum dixit. Hic amauit latonam. ppter quod apol
linis confixus sagittis est et damnatus hac lege apud inferos ut eius iecur
uultur exedat. Quamquam homerus uicissim dicat duos uultures sibi meus
poenam succedere. Sane in usu e uultur. Licet cicero uulturius dixerit.
quod quidem potest ee et diminutiuum. Ennius. Vulturius in silui miser
mandebat homonem. Declinatur autem hic tityos tityi. sicut delos deli. PER
TOTA Nouem cui iugera corpus. Quantum ad publicam faciem magnitudi
nem ostendit corporis. Sed illud significat quia de amatore loquitur
libidinem late patere. ut ait supra. Hec peul hinc partem fusi monstran
tur in omnem lugentes campi. Sane de his omnibus rebus mire reddit
rationem lucretius. et confirmat in nra uita ee oma quae finguntur de
inferis. Dicit namq; tityon amorem ee hoc e libidinem. quae secundum
phisicos et medicos in iecore e. sicut risus in splene. iracundia in felle. Vn
de etiam exesum a uulture dicitur in poenam renasci. et enim libidini n
satisfit res semel pacta. sed recrudescit semp. Unde ait horatius incon
tinentis aut tityi iecur. Ipse etiam lucretius dicit peos sup quos iam ca
surus imminet lapis sup superstitiosos significari qui maniter semp ueren
tur et dediti et celo superiorib; male opinantur. Nam religiosi sunt
qui preuerentiam tinent. Per eos autem qui saxum uoluunt. ambitum
uult et repulsam significari. quia semp repulsi petitores ambire non
desinunt. Per rotam autem ostendit negotiatores. qui semp tempestatib;
turbinibusq; uoluuntur. FECVNDAQ; P. Fecunda in poenam RIMA
TUR. Pacescitur. ut rimantur prima carnis. FIBRIS. Fibrae sunt eminentia ie
coris. QUID MEMOREM LAPHITAS. Hi populi thessaliae fuerunt. quibus impe
rabat ixion amicissimus ut d.s. ioui. flegiae filius. Qui post nubis corpum fic te
in formam iunonis cum se de eius stupro iactaret. abirato ioue ad inferos trusus
est et illic religatus ad rotam circum fusam serpentibus. PIRITHOUM. et hic
unus de apithis fuit. qui cum theseo descendit ad rapiendam proserpinam.
AD SIMILIS. Adiuuat et amatoribus ad ornatum adhibebatur. Horatius

Libido in iecore.
Risus in splene.
Iracundia in felle.

Fibrae

qua populus adsit acertus limitib· uicina refugit iurgia. LUCENT GENIALI
BUS ALTIS. Aliud ē; tantalus rex corinthiorum ampcus nummib· fuit. Quae
cum frequenter suscipere & quodam tempore defuissent aepulę· filium suum
pelopem occidit et diis epulandum adposuit. Tunc abstinentibus cunctis· ceres
humerum eius exedit. & cum dii pmercurium reuocare ad superos uellent
eburneus ē ei humerus restitutus· sicut supra humeroq· pelops insignis ebur
no. Ideo aū sola ceres dicitur comesse quia ipsa ē terra quae corpus resoluit.
Per mercurium aū ob hoc fingitur reuocatus· qd ipse ē deus prudentiae· per
quam philosophi dep̄henderunt palingenesian· uel metem sychosin. Tan
talus aū hac lege apud inferos dicitur esse damnatus· ut in heridano infere
stans nec undis p̄sentib· nec uicinis eius pomariis p̄fruatur. Per haec aū
auaritia significatur· ut & iam horatius· quid rides· mutato nomine de te
fabula narratur. GENIALIBUS. Uel uiri genialibus· nam geniales ppriesunt Geniales
qui sternuntur puellis nubentibus· dicti a generandis liberis. AUREA FULCHRA.
Quib· fulcimur idest sustinemur. REGIFICO LUXU. Regali ambitu. FURI
ARUM MAXIMA. Idest fames· ut uobis furiarum ego maxima pando. Unde
famem p̄nuntiat ut hanc ē furiarum maximam doceret. ETMANIBUS·
illorum scilicet non suis· FACEM ADTOLLENS. Iniciens ignem auaritiae ut
abstinerent. INUISI FRATRES. Haec quidem constat dicta ē generaliter.
Possunt tamen & iam adspecies trahi· ut aegyptum & danaum· atreum &
thyesten· et eoclen & polinicen· significare uideretur. Bene aū dicendo
inuisi· p id qd leue est & iam maiora complexus est. PULSATUSQUE PARENS.
Item quod leuius ē dixit parricidii cōparatione. Possumus aū oedipum
accipere extinctorem AUT FRAUS INNEXA CLIENTI. & lege XII tabu
larum uenit in quibus scriptum ē· patronus si cliente fraudem fecerit· sacer
esto· sienim clientes quasi colentes sunt· patroni quasi patres· tantundem Clientes
est clientem quantum filium fallere. & hoc posse fieri ex horatii dictis Patroni
intellegimus. Quicum loqueretur de cuiusq· potentib· ait· Deuicinocli
ente pellitur paternos in sinu ferens deos. Urbano tamen hoc displicet.
& dicit rerum ē hoc magisq; contrarium· cū magis patronos decipiant
frequenter clientes. Uult aū intellegi p̄uaricatores qui patroni sint cli

entium · quos nunc susceptos uocamus. NEC PARTEM POSVERE SVIS. Bene addidit suis. idest cognatis. adfinibus. Haec enim fuerat apd maiores donandi ratio non pfusa passim. Nam hoc ē uelle manifestum pdere. Vnde cicero ait in libris legū. Stipem phibeo. Nam augēt super stitionem et exhaurit domos. Dignis igitur largiendum est. Vnde horatius. cur egō indignus quisquā te diuite. idest indignus paupertate. OBADVLTERIVM CAESI. Si occisum aegistum significat thiestae filium. Si reuera caesi salustium quē milo deprehensum subserui habitu uerberauit in adulterio suae uxoris filiae syllae. QVIQ. ARMA SECVTI. IMPIA NEC VERITI DOMINORVM. E. D. Hoc loco uidetur blandiri augusto. quia contra caesarem patrem eius multa quib. ignouit arma susceperat. est namq. eius dictum dare quidem se uenam pompeianis. sed ab ipsis quandoq. ē perituram. Vt arma impia ciuilia dixerit bella quę mouerunt pompeiani contra acceptae uenię fidem. sed non pcedit. Nam si arma impia dixit bellum ciuile. tangit Augustū et caesarem. qui ipsi ciuilia bella tractarunt. Item sicut pat cos qui contra fidem datae uenię dimicauerunt. tangit augustum. Nam transierunt ad eum a bantonio duo milia equitum p quos ē uictoriam consecutus. Horatius ad hunc frementes uerterunt bis mille equi gallicantes caesarem, p tercec iniuriam augusto uel caesari sic eos dominos dixit. qd apud maiores inuidiosum fuit. Nam patres patriae dicebantur ī domum. Iuuenalis. roma patrem patriae ciceronem libera dixit. Melius ergo ē ut bellum a sexto pompeio pompei filio in siculo freū gestum accipiamus. Nam occiso patre siciliam tenuit. et collectis inde seruitiis uastauit sex annis ultro citroq. siciliam. postea victus est ab augusto et agrippa. Horatius. minatus urbi uinclaque detraxerat seruis amicus pfidis. et hoc sensu tam arma impia quam dominos congruit commemorando. POENAM EXPECTANT. Nam in expectatione et pōsens metus est et dolor futurus. In ipsa aū poena solus ē dolor. FORMA VIROS. Regula. Singulis enim sceleribus sunt statuta supplicia ex more romano quem sequitur. SAXVM INGENS VOLVVNT. Alii sisyphum dicūt qui deorū consilia hominib. publicauit. RADIISQ: ROTARVM. Ixionem dicit. ut alibi ostendit. ut q. ixionis uento rota constituit orbis. licet supra dixerit quos sup ara silex.

Nota

Horatius

Iuuenalis.

Vltro citroq.

Horatius.

forma

Nam dehis fabulis uariq; sunt in ipsis auctoribus opiniones. AETERNUMQUE
SEDEBIT INFELIX THESEUS. Contra opinionem. Nam fertur abhercule ee libera Hercules
tus. quo tempore eum ita abstraxit ut illi corporis eius relinquer & partem.
frequenter enim uariant fabulas poeta. Ippolitum uirgilius liberatum ab
inferis dicit. Horatius contra. neq; enim diana pudicum liberat ippolitum.
PHLEGIASQ: MISERRI[redacted]MUS OMNES ADMONET. Si phlegias nominatiuus
est singularis hoc dicit; phlegias omes admonet apd inferos poenas ferentes;
Si autem phlegias accusatiuus pluralis est. thesum omnes phlegias admo
nentem debemus accipere. Hi namq; secundum euphorionem populum in
sulam fuerunt. satis in deos impii & sacrilegi. Unde iratus neptunus p
cussit tridenti eam partem insulae quam phlegiae tenebant & omnes
obruit. phlegias autem ixionis pater habuit coronidem filiam quam Decoronide
apollo uitiauit unde suscepit asculapium. quod pater dolens. In natus ÷ escu
cendit apollinis templum. & eius sagittis est adinferos trusus. Sta lapius
tius; phlegiam subter caua saxa iacentem aeterno pre[redacted]mit Statius.
accubitu. DISCITE IUSTITIAM. Uel nunc inpoenis lo[redacted]cati.
UENDIDIT HIC AURO PATRIAM. Etiam haec licet gene[redacted]ra
liter dicantur. habent tamen specialitatem. Nam las[redacted]the
nes olymthum philippo uendidit curio caesari. xxvii. s. romem;
de [redacted] qua lucanus; gallorum captus spoliis & caesaris auro. FIXIT LE
GES [redacted] PRETIO ATQ: RESIXIT. Possumus antonium accipere secundum
ciceronem in philippicis. fixit au ideo quia incisae in aereis tabulis
adfigebantur parietibus. HIC THALAMUM INUASIT NATAE. Thies
tes unde aegistus natus e. Item cinaras. Nam qd donatus dicit. nefas e
credi dictum ee de tullio. UETITOSQ: HYMENEOS. Legibus scilicet.
Nam dicendo uetitos ostendit fuisse ut est persas hodieq. Unde do Donatus.
natus male ait naturae & legibus uetitis. AUSI OMNES IMMANE NE
FAS. A. Q. S. Illic sunt et qui fecerunt & qui conati sunt. dicit autem
secundum romanum ritum in quo non tantum extrius punitur sed &
uoluntas. HOMMIHI SILINGUAE CENTUM SINT. Lucretii uersus sub Versus lucretii
latus de homero. sed aereae uox dixit. SCELERUM. C. FORMAS. UT. aut

quae forma uiros fortunaue mersit. PERFICE MANOS. hoc ē ramum redde. Nam
supra ait. hoc sibi pulchra suum ferri pserpina munus. INSTITUIT. CYCLOPUM
EDUCTA CAMINIS. hoc est magna. ita enim cauus lib& rei magnitudinem signi
ficabant. adeo ut statius arguorum muros abipsis dicat ēē pfectos. FORNICE.
arcu. Cicero. Vid& adipsam fornicem fabianum. GRAUIS IUNT SPATIUM.
Raptum pagunt. OCCULAT AENEAS ADITUM. [redacted] Ingreditur. sicut
supra diximus. RECENTI. Semp fluenti. & dixit hoc ppter paludem stygem
SPARGIT AQUA. Purgat se. Nam impiatus fuerat aspectu tartari. & spargit
quia se inferis purgat. AMOENA UIRECTA. Uirentia. & est satis usur patrium.
Amoena aū quae solum amoren prestant. Uelut. S.D. quasi amuma hoc ē
sine fructu. ut uarro & carminius docent. Adludit aū adinsulas fortu
natas. nam & sequenti hoc indicat uersu. LARGIOR HIC CAMPUS AETHER.
Non nostro largior. sed quam ē in cetera inferorum parte. Aut reuere lar
gior. siluarem intellegis circulum. Nam ut S.D. campi elysii aut apt
infe[redacted]ros sunt. aut in insulis fortunatis aut in luncri circu
lo. [redacted] Lucanus. Illic post quam se lumine uero induit. SOLEM
Q: [redacted] SUUM. Sibi congruum. Ut fessosq: sapor suus occupat artus.
PA[redacted]LESTRIS. Luctationibus. grece dixit. CONTENDUNT. Lude non
odio. CHOREAS. Re corripuit ppter metrum. alibi aut secundum naturam.
ut iuuat indulgere choreis. Ergo aut sistolen facit. aut anti thesin. i. p
e ponens. Nam grecum ē nomen. NEC NON TREICIUS LONGA CUM UESTE SA
CERDOS. Orpheus calliopes musae et oeagri fluminis filius fuit. qui primus
orgia instituit. primus & iam deprehendit armoniam. idest circulorum un
danorum sonum. quos nouem ēē nouimus. Equibus summus quem anastron
dicunt sono carel. Item ultimus qui terrenus est. Reliqui VII. sunt quoz
sonum deprehendit orpheus. Unde ut in VII. fingitur cordis. Longion aū
uestem aut citharoedis habitum dicit. aut longum barbam. Nam econ
trario imberbes inuestes uocamus. sacerdos autem quia et theologus fuit
& orgia primus instituit. Ipse & icon homines feris & duris composuit.
Unde dicitur arbores et saxa mouisse. ut D.S. OBLOQUITUR NUMERIS.
Dicendo obloquitur chordarum expressit laudem quas dicit uerbis lo

Fornix

Amoena

Palestris

Choreas

Deorpheo

Imberbes
Inuestes

cutas. Obloqui enim non est nisi contraloquentem loqui. NVMERIS. Rych
misonis. ut numeros memini siuerba tenerem. SEPTEM DISCRIMINA. Quia
omnis chordae dissimiliter sonant. IAM HVNC. t. hoc Hic autem pecten declinatur. Pecten
ut lien. HIC GENVS ANTIQVVM. I. Quod non omnes uiros fortes inclisio uisos
esse cõmemorat. haec ratio est. quia isti diuinos meruerunt honores. quod ter
deo uel his quos supra memorauit non contigit. Nam ideo antiquum addidit.
quasi & illis elisii contingere. ut campi sies annos non derogasse & uetustas.
NATI MELIORIBVS ANNIS. Plerumq. enim non hominũ uirtus decoloratur tem
poris infelicitate. Cicero ut illa laus temporis non hominũ fuisse uideatur.
ILLVSQ. ASSARACVSQ. Troiani reges fuerunt. TROIAE DARDANVS AVCTOR.
Hunc inuit inter deos dicit relatum. ut & numerũ diuorum altarib. auge&.
Sed ut diximus sup. S. homerum sequitur qui inducit simulacrum herculis apd
inferos uisum. DEFIXE HASTAE. Subaudis manes. Item equos manes. QVAE
GRATIA CVRRVM. Detraxit unum uliceni aqua latinitas grecos secuta.
genetiuo plurali syllabam aut addit aut detrahit. hoc loco detraxit.
sicut arma uirum. Contra addidit. altitum pecudumq. genus pl altum.
Sicut graeci musa one licoria daon. NITENTES. pingues. ab eo quod sequit
id quod pcedit intellegis. Peroma aũ quae dicturus est intellegendum est
quae gratia fuit uiuis. eadem sequitur tellure repostos. PAEANA. Proprie Peana
apollinis laudes. qd nunc congruit ppter lauri nemus. Abusiue omnium deor.
Sicut orgia proprie liberi. abusiue omnium deorum sacra. ODORATVM. p Orgia
odorum. ut diximus supra. VNDE SVPERNE PLVRIMVS HERIDANI PER SILVAM
V. A. Heridanum aratus in caelo ee dicit. haud longe a celo. hic & inter res est Heridanus qui & padus.
quinitalia. Idest inuenetia padus uocatur. Quem alii & iam ad inferos uo
lunt tendere. alii nasci apd inferos & exire inter res. Ideo aũ istae finguntur.
quia de appennini parte ortus quae spectat inferum mare. & tenditur us
que ad superum. Ergo hic sensus est. Canebant in lucis. Unde superne. idest
ad superos plurimus heridani amnis psilvam uoluitur. Namq. ueri simile
est quo legimus de aristeo. Omnia submagna labentia flumina terres.
spectabat diuersa locis. & congrue. Nam omnis humor exterra nasci
tur uenis. Alii heridanum pquocumq. accipiunt. & dicunt catexochen

dictum. Nam legimus fluuiorum rex herinus. & amant poetae p appellatione
ponere magnae rei proprietatem; Ut alibi; pocula q. inuentis achelora miscu
it uuis; melius tam est distinguamus. unde supne plurimus: Unde ad supe
ros plurimus. idest magnus amnis uolutur. Per siluam heridani. idest po
pulos; Fabulae namq. haec ē; Heridus. solis filius fuit; hic a patre impetrato cur
ru, agitare non potuit. & cū eius errore mundus arder & fulminatus, in ita
liae fluuium cecidit. & tunc a luce ardoris sui, pheton appellatus est. & pris
tinum nomen fluuio dedit; Unde mixta haec duo nomina inter solis filium
& fluuium inuenimus; Postea eius sorores flendo in populos uersae sunt; ut
inx, populeas inter frondes umbramq. sororum; & hoc uirgilius; Nam alium
alias arbores dicunt; HIC MANUS OB PATRIAM PUGNANDO. U. P. Manus idest
multitudo eorum qui ob patriam passi sunt uulnera; & est figurate dictum.
Sane animaduertendum illud quod ait horatius in arte poetica. & simul et io
cunda et idonea dicere uitae. Nullam enim maiores nisi artem ē uoluerunt. que
non aliquid rei p. cōmodaret. Unde uirgilius hoc p transitum fecit. Nam di
cendo puniri patriae uenditores. contra pmia defensoribus solui. nihil aliud
nisi fugienda uitia & sectandas docet ē uirtutes. SACERDOTES CASTI DUM UITA
MANEBAT. Quasi qui castus possit ē post mortem. Sed aliud dicit idest qui fu
erunt casti dum in cōmunione uitae uersarentur. Nam hi qui sacra maxima
accipiebant. renuntiabant omnib, rebus. nec ulla in his nisi numinum cura rema
nebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur. unde iam coire nec poterant.
Dicit ergo eos sacerdotes qui casti fuerunt. etiam ante sacra suscepta. PIUATES
UATICINANTES. PHOEBO DIGNA LOCUTI. Ueridici. qui talia loquebantur qualia dece
bat apollinem. Multi enim mentiebantur. ut in lucano phoebas. ad quam appui
s. in die.
claudius; & nobis dabit impia poenas. & superis quos fingis ait. INUENTAS AUT
QUI UITAM EXCOLUERE PER ARTES. Qui erudierunt & nouerunt uitam
inuenta artificia; significat aū philosophos. QUIQUE SUI MEMORES. A. F.
merendo. & qui aliquos sui memores fecere prestando. ut nūquā regina ne
gabo pmeritum. idest prestitisse. Terentius. ego charine ne utiquam liberi ē
homines puto cum is nihil mereat postulare id gratiae ponis ibi. HIC EA CIN
GUNTUR TEMPORA. Per quod eos ostendit meruisse diuinos honores. ut dixi

N

Fabula heridani

Pheton

Manus

Emasculo. as.

mus supra. MUSÆUM ANTE OMNES. Theologus fuit iste post orpheum. & sunt uariae de hac opiniones. Nam eum alii lunae filium. alii orphei uolunt. cuius eum constat fuisse discipulum. Nam ad ipsum primum carmen scripsit quod appellatur crater. HUMERIS EXTANTEM. Quasi philosophum. ac si diceret platonem. Adludit enim poeta. Namq; plato ab humerorum dictus è latitudine. Athleta enim fuit. qui post omnium victoriam se philosophiæ dedit. OPTIME VATES. Quia theologus fuit; & sciendum hoc loco sibyllam iam animine derelictam. unde & interrogat qd aliás non faceret. QUAE REGIO ANCHISEN QUIS HABET LOCUS. Bene & generalitatem requirit & speciem quo possit facilius inuenire. Nam locus in regione è. ILLIUS ERGÔ. Propter illum. Ergo aut coniunctio fuit. sed p accentus mutationem in aduerbium transit. & est sola particula quae habet in fine circumflexum. Multi male putant nomen ee inde dinabile. et dicunt positu ee p causa. Causa aut nom est qd ponitur p oratione. qui casus declinatione caret. MAGNOS AMNES. Aut magna fluenta. Aut quia uiij sunt quae odiosum fuerat cõmemorare p singula. NULLI CERTA DOMUS. Idest habitatio. quam animae tam diu certam habent quã diu incorporibus sunt. post quoq; solutionem uagantur putamerito mercuius. LUCIS HABITAMUS OPACIS. Varia dicit quae puta uarietate contingunt. In his aut locis heroum animae coluntur. RECENTIA. Virentia. riuorum scilicet causa. IUGUM. Ita enim diuiduntur montes. in radices. latera. iuga. uertices. plocoq; quaelitate. SUMMACUMINA LINQUUNT. Non linquit. hoc enim dicit, aeneas & sibylla perducti ad summũ. In plana descendunt. PENITUS CONVALLE VIRENTI. Valde uirenti. ut penitusq. sonantis accestis scopulos. INCLUSAS ANIMAS. Non reuera inclusas. sed a multitudine separatas quo facilius agnoscerentur. LUSTRABAT. S. R. Circuibat studiose tractans. Inclusas aut aut segregatas. aut secundũ antiquum ritũ. Multitudinem enim sinumerare non poterant. eam in locũ certum includebant p partes. & exuinus numero quantae eetiudebant. Quod xerxes de suo fecit exercitu. CAROSQ; HELOTES. Posteros. sicut puruus femmas dicunt. FATAQ; FORTUNASQ; VIRUM. Felicitas enim aut fatalis est

Plato

Ergô

Diuisio montiũ. In radices. latera. iuga. uertices.

Penitus

aut fortuita. aut exuir tute descendit. ALACRIS. Ipse alacris. & sciendum antiquos & alacris et alacer. & acris et acer. tam de masculino quam de femminino genere dixisse. Nunc masculino utrumq; damus. de femminino alacer & acer nũquam diamus. Lic & ennius dixerit. aestatem autumnus post acer hiems. ut nam inde ē alacer. GENIS. palpebris. Ennius de dormiente. Inprimit q; genae genam. EXCIDIT ORE. Quasi sen. qd cerca anchisen seruat. ut tantumq; nefas patrio excidit ore. VENISTI TANDEM. Hoc ad affectum pertinet desiderantis. Alias oritur quaestio qd dicit. sic equidem ducebam animo. EXPECTATA. Probatte. ut & rebus spectata iuuentus. Hoc aũ dicit, Tua pietas mihi semp probata. nunc etiam iter durũ iuuat. scilicet inferorum. ETNOTAS A. E. R. VOCES. Familiarter loqui. REBARQUE FUTURUM. Arbitrabar. rationabar eē uenturum. Per quod intellegimus fatalitter aenean adinferos descendisse. nonenim nisi fatalia deprehendunturur. HEC ME MEA CURA FEFELLIT. Hec decepit me dulcissimus filius. Nam uocatiuus ē mea cura. idest tu, & dictum est. sicut ueneris iustissima cura.

alacris. ꝛ alacer.
acris ꝛ acer.

Reor

QUAS EGO TE TERRAS ET QUANTA PER. A. V. Patriae eius ingemit casibus. Libiae tibi regna nocerent, aut quia deiunone. ut ait uenus. haut tamo cessabit cardine rerum. Aut quod ē melius illud dicit. timui nedum apud regna cartaginis uoluptatibus uacas. imperium fatale derelinqueres. TRISTIS IMAGO. Seuera, terribilis, ut supra. & turbida terrē imago. SEPIUS OCCURRE. Catatosiopume nonsepius dictum intellegimus. Aut certe egit me tua imago. ad haec tendere limina quã sepe uidere consueui.

NS

STANT SALE TYRRENO CLASSES. Adfectionis est filii. etiam ra indicare de quib. non interrogietur. LARGO FLETU. Nato ex gaudio, I; SEPIUS. Finitur pinfinito. INTEREA UIDET AENEAS. Hirmos ē hoc loco. idest unus sensus pentus pmultos uersus. in quo tractat de platonis dogma te quod in phedone positum est. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ. De quo in georgicis strictim. hic latius loquitur. de qua re etiam uarro in primo diuinarum plenissime tractauit. Hoc aũ continet, Aeneas dum pinferos pgere. respexit fluuium quendam loci remotioris. ad quem innumera multitudo tendebat animarum. Interrogauit patrem quis esset fluuius.

Hirmos

Ud qua ratione adeum pergerent animae. Pater ait; Lethęus ē. Pergunt aut
ut potent et obliuionem patiantur. et ut incipiant. in corpora uelle remeare.
Stupefactus aeneas interrogat. Dic pater. si. & animae quę ppter pietatem ui
tam tot supplicia ptulerunt. possunt habere uotum reuertendi in corpora.
Non ē ueri simile. liberatas de corporis carcere ad eius nexum reuerti. Suscepta
narratione haec anchises exsequitur. primo debere fieri ut redeant. de
inde posse. Deinde uelle. Quae quō obscura sunt. aliis subdiuisionibus
innotescunt quidem debere. cuncta animalia adeo originem ducunt. Quę
quia nasci cernimus. reuertuntur sine dubio. nam unde cuncta perecentur.
Deinde posse sic probat. quia immortales sunt animae & sunt quae possunt
reuerti. Tertium est utrum uelint. quod dicit fieri pletheum fluuium.
& hoc ē qd dicturus ē. Sed incidentes questiones faciunt obscuritatem.

VIRGULTA SONANTIA Siluae; quae est iuxta preripia fluminis. DOMOS PLACI
DAS. Campos elysios. PERNATAT. Preter fluit. Et contrarie dictum ē. Nam
non natant aquae sed nosipsi natamus. Ennium igitur secutus est qui ait.
fluctusq. natantes. Sane de hoc fluuio quertur aprudentioribus utrum Delocheo fluuio
de illis. viij. sit qui ambiunt inferos. an preter. viij; & datur intellegi
qd ab illis. viij. qui ambiunt inferos separatus sit. Namq. uolunt eum
ē imaginem senectutis. Nam animae nrae uigent & alacres sunt
& plenae memoria a puertia usq. ad uirentem senectam. Post ec
innimia senectute omnis memoria labitur. Qua lapsa mors inter
uenit. & animae in aliud corpus reuertuntur. Unde fingunt poe
tae animas lethęo hausto in corpus redire. Ergo lethęus ē obliuio mor
ti sempuicina. GENTES POPULIQ; Innumerarū gentium & populo
animae FLORIBUS INSIDUNT. Insido illi rei ut insidat quantum in Insido
sere deos. Insisto aut illam rem. ut nulli fas casto sceleratum insis Insisto
tere limen. LILIA FUNDUNTUR CIRCUM. Floris speciem p generę
posuit. FLAMINA PORRO. Longe remota. & est grecum cū uerbum. Porro
Bene aū aeneam longe alethęo facit. quia adhuc iuuenis ē. AGMINE
Cursu. Impetu. p quod ostendit cito ire ad senectam quia tota celeri Agmine
tate usus labitur uitae. ANIMAE QUIBUS ALTE. RE. FATO. C. DEBENTUR.

De reditu animarum in noua corpora

Sciendum non omnes animas ad corpora reuerti. Aliquae enim ppter uitae merita non redeunt. Aliquae redeunt ppter malam uitam. aliquae pp ter fati necessitatem. LITHEI ADLUMINIS VNDAM. Si anima aeterna est. & summi spis pars. quaratione in corpore notum uid&. nec est. tanta uiuacitatis ut oma possit agnoscere. Quia cum coeperit in corpus descendere. potat stultitia & obliuionem. unde non potest implere uim numinis sui post naturę suę obliuionem. Obliuiscitur aũ secũdm poetas pterritoꝝ. secũdm philosophos fieri. Unde mediũ tenuit dicendo obliuia. Docent aũ philosophi anima descendens quid p singulos circulos pdat. Unde & iam mathematici fingunt. qd singulorum numinum potestatib. corpus & anima nra conexa sunt. ec ratione quia cũ descendunt animae trahunt secum torporem saturni. Martis iracundiam. libidinem ueneris. mercurii lucri cupiditatem. Iouis. regni desiderium. Quares faciunt p turbationem animab: ne possint uti uigore suo & uiribus ppriis. SECVROS LATICES. Qui securos faciunt. ut morbos pallidos dicimus. qd pallidos faciunt. IAM PRIDEM. Ex quo ait. Iunc genus omne tuum & quae dentur moenia disces. O PATER. Noua breuitas. Nam dicendo pater. qui loquatur ostendit. ADCAELUM HINC Ire putandum est. Miscet philosophiae figmenta poetica. Ostendit tam qd est iuulgare. quã qd contra & ueritas & ratio naturalis. Nam secũdm poetas hoc dicit. credendum est animas ab inferis reuertę posse ad corpora. ut cælum superos intellegamus. id est nra carnem uitam. Secundum philosophos uero hoc dicit. Credendũ ẽ animas corporis contagione polluta. ad cælum reuertę. SVBLIMES ANIMAS. Non omnes sed sublimium. IARDA REVERTI CORPORA. Animae cõparatione quae uel oculus nihil ẽ. Uno enim momento potest uniuersa discurrere. QUAE LUCIS MISERIS TAM DIRAE CVPIDO. ut id desiderent ppter qd se sciunt poenas dedisse. scilicet uitam. SVSPENSVM. Sollicitum. incertum. ut multo suspensum numine ducit. SVSCIPIT ANCHISES ATQ; O. S. PANDIT. Hysteropteron. post hunc enim uersum sequi debuit. dicam equidem nec te suspensum nate tenebo. PRINCIPIO CAELVM AC TERRAS CAMPOSQ: LIQUENTES. Interrogatur anchises quare animae

Mathematici

uelum reuerti ad corpora quasi aliud dicit. tamen illuc recurrit; qd grece topan di
citur. idest omne quod est; quat tuor sunt elementa. terra. aer. aqua. ether. & deus.
preter haec nihil est aliud. & hoc mundum nonpossumus dicere. Nam mundus n
est totum. Ergo deus ē quidam spiritus diuinus. qui p quat tuor infusus elementa
gignit uniuersa. Igitur si de elementis & deo nascuntur oma. unam originem
habent & par est natura omnium. Sed uideamus quid in nobis ē adeo. & quid a
quat tuor elementis; Quantum datur intellegi. ab elementis habemus cor pus.
adeo animum; qd ideo pbatur quia ē in corpore terrae humor. anhelitus. calor.
quae oma uidentur. Animus inuisibilis ē. sicut etiam deus. unde origine ducit.
Illa pter ea irrationabilia sunt sicut corpus. Contra deus hab & consilium. sic
etiam animus. Deinde elementa mutantur qd est eorum proprio. sicut etiam corpus qd
inde originem ducit. Contra deum nonperire manifestum ē. Ergo nec animus pe
rit qui inde originem ducit. Nam pars semp sequitur genus. Hucigitur teten
dit prima intentione suam ut animos inmortales doceat. Sed occurrit illud.
si inmortales sunt et unum habent principium. quaratione nonoma anima
lia sentimus similiter. & dicit non ē in animis dissimilitudine sed in corpori
bus. Quae put fuerint uel uiuacia uel torpentia. ita animos faciunt; quod
potest etiam in uno eodemq. animalis corpore pbari. In sano enim corpore alia
ē uiuacitas mentis. In aegro pigrior. In sanis inualido etiam ratione carens. ut in
freneticis cernimus. adeo cum ad corpus uenerit non natura sua utitur. sed ex eo
us qualitate mutatur. Inde afros uersipelles. grecos leues. gallos pigriores
uidemus ingenii. qd natura climatū facit. sicut ptolomeus deprehendit. qui
dicit translatum ad aliud clima hominem. naturam exparte mutare. De
toto enim nonpotest quia in principio accepit sortem corporis sui. Ergo
anima pqualitate ē corporis. & quaratione res melior ē in potestate de
terioris; Atqui diuinus animus debuit corpus habere in potestate. non
mortale corpus naturam animi corrumpere. Sed hoc ideo fit quia plus
est qd continet quam qd continetur. Ut si leonē includas in cauea cum. Impedi
tus uim suam non pdit. sed exercere nonpotest; ita animus non transit
in uitia corporis. sed eius coniunctione impeditur. nec exercet uim suam;
Occurrit illud. Omne qd corrumpitur. aeternum non est. Si animus in

P
L
A
T
O
N
I
C
E.

sanit. irascitur. desiderat. timet. caret aeternitate. cui sunt ista contraria. nā
passio aeternitatem resoluet. Quod ideo falsum esse dicimus. quia animus per se
nihil patitur. sed laborat ex corporis coniunctione; aliud est p̄ suam naturam
corrumpi. aliud p̄ contrarium rei alterius; Videmus enim tale aliquid. ut
lucerna quae p̄ se clara est. et locum in quo est sine dubio inluminat. Sed
si qua re tecta fuerit et inclusa. non p̄dit splendorem p̄prium qui in ea
est. Remoto namq. impedimento apparet. Nec tamen quia impeditus
est eius uigor. ideo etiam corruptus. Ita ergo et animus quamdiu est in cor
pore. patitur eius contagione. at cum deposuerit corpus. recipit suum u
gorem. et natura utitur p̄pria. Si ergo recipit naturam. quare poenas
apud inferos patitur. Ideo quia res quae simul diu fuit. non potest depo
sita ipsa re statim ad suum nitorem reuerti; Ut si speciem candidam. missa
in lutum polluas. et eam statim auferas. non idcirco sordibus caret. sed ablu
tionem requirit. ut in pristinum nitorem possit redire. Sic anima ex eo
quod datur corpori. inquinata etiam si corpus deponat. necesse habet pur
gari. Si ergo purgantur et recipiunt naturam suam. cur uolunt reuerti.
Quia potant inquit obliuia; etiam est illud ambiguum. aut ut p̄teritarū
obliuiscantur poenarum. aut certe ut ignaros futuri habeant redeun
di desiderium in corpora. quod sine passione non fit. Nam animus in quo
est passio meretur reuerti. CAELUM. aere et aethere posuit. Ut iam
caelum terramque. CAMPOSQ. LIQUENTES. Id est maria. LUCENTEMQ.
GLOBUM LUNAE. Ideo usus est participio. ut ostendat eam suum lumen n̄
habere. Nam lucens est quod aliunde inluminatur. lucibile quod p̄ se luet; ut
patulum quod semp̄ patet. patens quod et aperitur et claudtur. ut oculi.
os; globum aut ideo. quia dicitur luna sphaeroides esse. TITANIAQ. ASTRA.
Aut stellas dicit. aut solem. quem et supra unum fuisse deitatib; dixi
mus. SPIRITUS. Diuinus scilicet. et unum est siue mentem dicat. siue ani
mum. siue spiritum. INTUS ALIT. Vegetat. et in aeternitatem custodit.
quia mixtus est. et nulla pars est elementi sine deo. PER ARTUS. Per ele
menta quae membra sunt mundi; corporalia namq. sunt. quippe
quae possunt uideri. MENS AGITAT MOLEM. Magnitudine mun

Lucens. Lucibile. Patens. patulum.

di: mens agitat; & si ut cicero dicit intuscul anis: aeternum ē quicquid in aeterno motu ē: sine dubio & iam animus aeternus est; Semp enim inmotu est. adeo ut ne nobis quidem quiescentibus conquiescat. MAGNO SE CORPORE MISCET. a ut antiptosis ē p corpori. ut here pede pes: densusq. uiro uir. qd potius credendum ē: Aut certe scdm eos locutus est. qui dicunt deum corporalem esse. & eum ita definiunt. ΠΥΡΝΟΕΡΟΝ. idest ignem sensuale. Quod siuerum ē: corpus ē. Nec pantiptosin dixit sed p difinitionem magno corpore idest non communi. INDE HOMINUM PECUDUMQ. G. Dequatuor clementis & deo. ET CAELESTIS ORIGO. SEMINIBUSQ. H. NOXIA. C TARDANT. Quod supra diximus: In tantum inquit in hominib. uigor pars diuinitatis. inquantum sinit corporum qualitas. TERRENIQ. HEBETANT ARTUS. Inquantum non hebetant. MORIBUNDAQ. MEMBRA. Morienti similia. hoc est semp moriendia Nunquam enim eodem statu sunt. sed aut minuuntur aut crescunt. Ergo animus idem ē. sed uti uitib, suis non potest ppter corporis coniunctionē. HINC METUUNT CUPIUNTQ. D. G. Q. Ex corporis coniunctione & hebetudine. VARRO & omnes philosophi dicunt quatuor ē passiones. duas a bonis opinatis. & duas a malis opinatis rebus. Nam dolere & timere: duae opiniones male sunt. Una p̄sentis. alia futuri. Item gaudere & cupere: opiniones bonae sunt. una p̄sentis. altera futuri. Haec ergo nascuntur ex ipsa coniunctione. Nam neque animi sunt neq. corporis ppria. pereunt enim facta segregatione. NEQ: AURAS RESPICIUNT. Nam quia coherent corpori. obliuiscuntur naturę suae. quam auras uocauit. CLAUSAE TENEBRIS ET C. C. Definitiones sunt corporis. QUIN ET. S. C. LUMINE UITA. R. Quia ut diximus occurrit. debere eis statim post corpus depositum. redire in suum uigorem. & dicit non posse. Quę enim diu coniuncta sunt. inuicem se tenent. & trahunt reliquias sordium antiquarum. NON TAMEN OMNE MALUM CEDIT. Sed non omne. nam remanet qd ut purgetur necesse ē. Inde ē quod dicit. eodem sequitur tellure repostos. Bene autem miseris. quae etiam post corpus habent corporis sordes. Unde est. nec funditus omnes corporę excedunt pestes. DIU CONCRETA. Concreta: coniuncta & ē glutinata. INOLESCERE. Concrescere ut uoq. docent inolescere libro. ERGO EXERCENTUR POENIS. Quia deposito corpore sordes supsunt. poenis autē

77

De mora passionibus

Inolesco

non pferunt animae sed illius coniunctionis reliquiae quae fuit inter animam & corpus. Nam licet ista duo pse poenas pferre non possint. homo tamen p fert qui de his duob, est factus. SUPPLICIA EXPENDUNT. Id agunt supplicia non ut animas puniant sed ut eas peccatis exuant pristinis. ALIAE PANDUNTUR INANES. SA·U. Loquitur quidem poetice de purgatione animarum. Tangit tamen qd & philosophi dicunt. Nam triplex est omnis purgatio. de triplici purgatione. Aut enim in terra purgantur. quae nimis oppressae sordibus fuerint. de re scilicet corporalibus blandimentis. idest transeunt in corpora terrena; & hae igni dicuntur purgari. Ignis enim exterra est. quo exuruntur oma. Nam caelestis nihil purit; Aut in aqua. idest transeunt in corpora marina. si paulo melius uixerint; aut certe in aere. transeundo scilicet in aeria corpora. si satis bene uixerint. Quod in statio legimus. ubi de auguriis tractat. Unde & iam in sacris legimus; omnib. tres sunt istae purgationes. Nam aut taeda purgantur. aut sulphure. aut aqua abluuntur. aut aere qd erat in sacris liberi; hoc est enim; tibiq. ocilla exalta suspendunt mollia pinu; Nam genus erat purgationis. & in ipsis purgationib. bonum meritorum secutus e ordinem. ut ante aeriam. Inde aquae. post ignis dicere purgationem. QUISQUE SUOS PATIMUR MANES. Supplicia quae sustinemus apud. ut si quis dicat. iudicium patimur. & significet ea quae in iudicio continentur. Est & aliud uerius. Nam cum nascimur. duos genios sortimur. Unus e quibus hortatur ad bona. alter quidepraua ad mala. Quibus adsistentibus post mortem aut adferimur in meliorem uitam. aut condemnamur in deteriorem. p quos aut uacationem meremur. aut reditum in corpora. Ergo manes genios dicit quos cum uita sortimur. EXINDE. Una pars orationis est. & tertia a fine accentum habet. licet penultima longa sit. qd ideo factum e ut ostenderetur unde pars e orationis. ne p positio iungeretur aduerbio. qd uitiosum e non dubium est. PAUCI LAETA ARUA TENEMUS. Non omnes. Qui enim minus purgantur. statim redeunt ad corpora. DONEC LONGA DIES PERFECTO. Qui etiam post purgationem opus e tempore. ut pseuerent in purgatione & sic redeant; Et quaeritur utrum animae p apotheosin. de quibus ait. pauci laeta arua tenemus.

Exinde

Prepositione iungi aduerbio. uitiosum ÷

ἀποθεοσις

possit mereri ꝓpetuam uacationem. quod non potest fieri, meretur enim
temporis multi non ꝓpetuitatis. & quae male uixerunt statim redeunt. que
melius tardius. Quae optime diutissimo tempore sunt cum numinibus; pau
cae tamen sunt quae & ipse exigente ratione licet tarde cogiuntur reuiscere.
PER FECTO TEMPORIS ORBE. Finito legitimo tempore. CONCRETAM
Adfixam. et inherentem. AETHERIUM SENSUM. ΠΥΡΝΟΕΙΔΟΝ. Ignem
sensualem. idest deum ꝓquod quid sit anima ostendit. AURAE SIMPLICIS
IGNEM. Non urentis. Simplices autem nisi comparatione quo constat de ligno
& aere. Ille enim ꝓse plenus est & aeternus quia simplex. Omne enim synthetica
idest composita extrinsecus tuentur. unde & atomos ꝓpetuas dicunt. quia sim
plices sunt. nec recipiunt sectionem. HAS OMNES. Ac siditere & iam has om.
Nam supra non omnes dixit sed animae quibus altera fato corpora debentur.
ROTAM. Per annos exegerunt statutum tempus. parmorum uolubilitatem.
Est autem sermo ennii. DEUS EUOCAT. Non dicit qui sicut supra, de quib. imperium
est animarum, Sed alii mercurium uolunt ꝓpter hoc, animas ille euocat orco
pallentes alias. s. t. m. & est ratio. Nam nocte dicitur. idest sensus. quo phi
losophiam quae haec indicat intellegimus. quia ipse & iam inuenit litteras.
AGMINE MAGNO. Impetu. & dictum est imperactiue. ΑΠΙΑΗΤΙΚΩΣ. Non enim
blandiciis inductae redeunt. sed necessitate quadam coguntur ut potan
tes uelint reuerti. INMEMORES. Uel preterito. id est futuro. DIXERAT AN
CHISES. Ante dicta de reuersione animarum probatio. huc tetendit. ut ce
lebret romanos & praepue augustum. Nam qui bene consideraut. inuenient
omnem romanam historiam ab aenea aduentu usque ad sua tempora summa
tim celebrasse uirgilium. Quod ideo latet quia confusus est ordo. Nam euer
sio ilii. & aeneae errores. aduentus. bellumque manifeste sunt; albanos
reges. romanos etiam consules que commemoratus. brutus. catonem. caesa
rem augustum. et multa ad historiam pertinentia hic indicat locus; ce
teraque hic inter missa sunt. maspido poeta commemorat; Unde etiam in an
tiquis inuenimus opus hoc appellatum esse non aeneidem. sed gestae popu
li r. quod ideo mutatum est quia nomen non a parte sed a toto debet dari.
TURBAMQUE SONANTEM; Aut quae tunc ꝓpter festinationem so

Synthetica

nabat. Aut turbae ppetuum ē eptheton. LONGO ORDINE. Nonquo nati sunt. sed
quo apud inferos stabant. Non enim eo quo regnauerunt dicturus ē ordine. ADUER
SOS LEGERE. Considerare. legere. DARDANIAM PROLEM. Albanos reges. qui
tredecim fuerunt de aenea & lauiniae genere. Unde ait Itala degente. IN
LUSTRES. Hoc nomen notitiae fuit nonmerit. Unde & iam inmeretricibus
inuenitur. Nam & nobiles et inlustres uocantur. INNOMEN ITURAS. Ingen
tem. ut nomen ecbionium matrisq. genus per idiae. ILLE UIDES PURA IUUE
NIS QUINITITUR HASTA. Aeneas ut cato dicit simul ac uenit italiam. lauinia
niam accepit uxorem. propter quod turnus iratus. tam in latinum quam in aenea
an bella suscepit. Amezentio impetratis auxiliis. quod et ipse ostendit dicens. se
satis ambobus teucrisq. uenire latinisq. Sed ut supra diximus primo bello
perit latinus. Secundo pariter turnus & aeneas. Postea mezentium in
ter emit ascanius. & lauro lauinium tenuit. Cuius lauinia timens insidi
as. grauida confugit ad siluas. & latuit in casa pastoris tyrri. Ad quod lu
dens ait tyrrus que pater cui. pa. & illic enixa ē siluium. Sed cū ascanius
flagraret inuidiae uocauit nouercam & ei concessit lauro lauinium. Si
bi uero albam constituit. Qui quō sine liberis perit. siluio qui & ipse asca
nius dictus ē suum reliquit imperium. Unde apd luuium est error quasas
canius albam condiderit. Postea albam omnes reges. siluii dicti sunt ab huius no
mine. Sicut hodieq. romani imperatores. augusti uocantur. Aegyptii. ptolomeq;
Persae. arsacidę. Latini. murrani. Ut murranum hic atauos & auorum antiqua
sonantem. Nomina pregesq. actum genus omne latinum. PURA INUENIS QUINITI
TUR HASTA. Idest sine ferro. Nam hoc fuit pmium apud maiores eius qui tunc pri
mum uicisset inplio. Sicut ait in libris degente populi romani. SILUIUS ALBA
NUM NOMEN. Quia omnes siluii dicti sunt. TUA POSTUMA PROLES. Postumus est
post humationem parentis creatus. Per hoc autem aeneam cito ostendit ē peri
turum. & statim infert consolationem dicens. Quem tibi longeuo idest deo.
Aeuum enim ppprie aeternitas est que non nisi in deos uenit. Ennius romulus
in caelo cum dis genitalibus aeuum degit. Male autem iudicauit usus. pquē
dixit. longeuosq. senes. UNDE. A quo ut genus unde latinum. Nam posteriq
us fuerunt qui postea apd albanam regnauere ciuitatem. PROXIMUS ILLE

Illustris

Historia de aenea & lauinia & ascanio.

Augustus

Postumus

Vnde

PROCAS. Standi ordine. non nascendi. Nam sextus est rex albanorum. Item numi
tor xiii. fuit. SIUMQUAM REGNANDAM ACCEPERIT ALBAM. Aeneas scilicet silui
us; & hic ostendit omnes albanos reges siluios dictos; ac receperit autem auctore
quieius inuasit imperium. qd ei uix anno. L iii. restituit; & rem plenam historie
ptransitum tetigit. CIUILI TEMPORA QUERCU. Ciuica debuit dicere sed mu
tauit; Ac econtra horatius; motum exmetello consule ciuicum pro ciuili.
Quercem aū coronam accipiebant qui in bello ciuem liberassent. Ideo quia
ante causa uitae. in hac arbore hominib. fuit qui glandib. uescebantur;
Aliae enim erant murales. aliae agonales idest lemniscatae. Muralis daba
tur ei. qui prior murum ascendisset. HITIBINOMENTUM. Haec ciuitas est
priscorum latinorum ab albanis regibus constituitae. quamquam collatiā
tarquinius constituisse dicatur. qui ut erat superbus eam excollata pecunia
constituit. unde & collatia dicta est. Potest tamen fieri ut ab albanis fun
data sit. aucta a tarquinio. sicut supra de tarento diximus. qd tarcs fecit. auxit
phalantos. Romam & iam romulus fecisse dicitur. quam ante euander condi
dit. Ut tunc pater euandrus romanae conditor arcis. URBEMQ; FIDENAM.
Fidenae dicuntur ut thebe. sed dixit. ut. atq. uetus thebe centum iacet obruta
portis. Nam uarietatem studet. Unde & iam ait pometios. cum dicatur nume
ro singulari pometia. CASTRUMQ. INUI. Una ē in italia ciuitas. que castrum no
uum dicitur. de hac ait. castrum inui. idē panos quem illic colitur. Inuus autem
latine appellatur. grece pan. Item efialtes grece. latine incubus. idē. faunus.
idē fatuus fatuclus. Dicitur aū inuus ab ineundo passim cum omnib. an
malibus. Unde & incubo dicitur. Castrum aū ciuitas est. Nam castra nu
mero pluraliter dicimus. Licet legerimus in plauto castrum poenicorum.
Quod & iam diminutio ostendit. nam castellum dicimus. NUNC SUNT
SINE NOMINE TERRAE. At qui in catalogo. hinc est dicturus aliquas
ciuitates. sed ex pona sua p occupat. QUIN ETALIO COMITEM SESE MA
NORTIUS. A. R. Amulius & numitor fres fuerunt. Sed numitorem reg
no amulius pepulit. & iliam eius filiam. sacerdotem uestae fecit. De
hac & marte nati sunt remus & romulus. Quicum adoleuissent occi
so amulio auum numitorem in regna reuocauerunt. & cum eo uno

Inuus

Eo amul. i. & numitorem.

anno regnauerunt. Postea ppter angustias imperii romam captis au
guriis considerunt. Ergo auo se addit comitem aut auito se iungit im
perio. aut certe secundum ennium refertur inter deos cum aenea. Dicit nanq.
iliam fuisse filiam aeneę. Quod si ē. aeneas auus est romuli. Unde iam addidit
assaraci quem sanguinis. Nam hoc epitheton non sinē causa ē introductum
qd ē pprium aeneę. Nam assaracus pater est capros. capis anchisae. anchises
aeneae. UIDEN. Deo. naturaliter longa est. Breuem tam ecem posuit secu
tus ennium. Et adeo eius est in mutata natura. Ut iam ubiq. breuis
inueniatur. GEMINAE STANT UERTICE CRISTAE. Omnino in omnib. hoc
egit romulus. ut cum fratre regnare uideretur. ne se reum parricidii iudica
ret. Unde oma duplicia habuit quasi cum fratre cōmenia; Et enim ad cap
tanda auguria montem palatinum romulus tenuit. Auentinū remus.
Qui prior. vi. uultures uidit. post romulus xii. Et cum ille tempore. ille
numero de condenda urbe certarent. Orta contentio. ne de urbis nomine
inter exercitum. A romuli militibus remus occisus ē. Fabulosum enim ē
qd a fratre propter muros dicitur interemptus. ET PATER IPSE SUOS SUPERUM
IAM. S. HONORE. Merito uir uirtus. pars romulum deum ē significat. Superū
enim accusatiuus est singularis. ab eo qd est superus superi. ILLA. Quam tibi sep
pe fata pmiserunt. INCLITA. Graecum ē. nam inclitos gloriosum dicunt. IM
PERIUM TERRIS. In quantum tenditur terra. ANIMOS AEQUABIT OLIMPO.
Magnanimitate aequabitur caelo. De hoc au loco Et trogus Et probus queriti.
SEPTEMQ: UNA SIBI. M. C. A. Bene urbem romam dicit. vii. inclusisse montes
Et medium tenuit. Nam grandis ē dubitatio inde; Et alii dicunt breues. vii.
colliculos a romulo inclusos. quorum alius nominib. appellabantur. Alii
uolunt hos ipsos qui nunc sunt a romulo inclusos. id est palatinum. quirinalem.
auentinum. caelium. uiminalem. esquilinum. tanicul cerem. Alii uero uolunt
hos quidem fuisse. alius tamen nominibus appellatos. quae mutata sunt post
ea. ut demultis locis Et deflumini b. legimus. Ut saepius Et nomen posuit saturnia tellus.
PROLE UIRUM. Uirorum fortium. QUALIS BEBE CYNTHIA MA
TER. Phrygia. nam berecyndos castellum ē phrygiae iuxta sangarium flu
uium ubi mater deum colitur. Per hanc au cōparationem nihil aliud osten

De remo & romulo.

Fabulosū: qd remus a romulo occisus sit

Indita

De. vii. collib, romae

Berecinthus

dit. nisi romanos duces interdeos ee referendos. IUDICIA. Quia ipsa e terraque urbes sustinet. HUC GEMINAS HUNC FLECTE. Totum usum tuum huc dirige. et huc specialiter intuere, sic aspe. OMNIS IULI PROGENIES. Ut. iulius magno dimissum nomen iulo. CAELI UENTURA SUB AXEM. Nam cum augustus patri caesari ludos funebres exhiberet. stella p diem apparuit quā p successionem augusti caesaris ee populus credidit. Hinc e. ecce dionei processit caesaris astrum. Sub axem ergo. idest ad diuinos honores. HIC UIR HIC EST.

C. Litera produplici nonnisi in monosyllabis habetur. Ut hoc erat alma parens. p eorum scilicet priuilegium. Unde falsum e qd terentianus dicit eam pmetri ratione uel duplicem haberi uel simplicem. Nam si hoc et. etiam in dissyllabis p duab; haberi debuerat. qd nusquā inuenimus. Priuilegium

Literae enim naturam seruari et in polisyllabis conuenit. DIUI GENUS. Caesaris. qui factus e deus. Genus aū dicit non solum iure adoptionis. sed etiam consanguinitatis. Nam atie fuit filius quae erat soror caesaris. Hic aū augustus caesar. hoc nomen accepit a patre adoptiuo. Nam ante octauianus dictus e a patre octauio atiae matre. SAECULA RURSUS LATIO.

S. Subsaturno dicit aurea saecula fuisse in orbe terrarum. sub augusto tantum in italia. GARAMANTAS. Populi inter lybiam et africam iuxta cerauneneu. INDOS. populi orientis extremi. IACET EXTRA SIDERA TELLUS. Nulla terra e quae non subiaceat sideribus. Unde perite addidit extra animo solisq. uias. ut ostenderet. xii. signa in quibus e circulus solis. Significat aū maurorum aethiopiam. ubi e atlas. de qua lucanus, aethiopiumq, solum qd non pmetitur ab illa signifer regione poli nisi poplite lapso. ultima curuatq pcedere et ungula tauri. TORQUET. Sustinet. ALTUM. uicinum ut dixim

S. CASPIA REGNA. Fines assiriorum in quibus sunt πύλαι ἀναι caspiae, quod autem dicit uerum est. Nam et suetonius ait in uita caesarum respondisse e data p totum orbem nasci inuictum imperatorem. MAEOTIA TELLUS.

S. Scythia. cuius palus e maeotis. TURBANT. Turbantur, vii. gemini aū. vii. stellae. FIXERIT ARIPEDEM. Pro aeripedem. Uicit aū cerynitim cerauam dictam a loco, fixerit aū. statuerit. delassauerit. ERYMANTHI. P. N. Mons archadie ubi aper ferocissimus fuit. LERNAM TREMERE

Meotis

Fripedes. cernitim

CERIT ARCU. Pro hydra paludem posuit ipsam. & intellegemus autem eam sagittis fuisse confixam. post exsectam & adustam. NISAE DEVERTICE. Mons est indiae de quo loquitur. Ceterum ē & nysa ciuitas in qua liber colitur. unde nyseus dictus est. ET DUBITAMUS. Pro dubitas. Misuit psonam suam. Est autem sensus cum tibi sit tanta pparata posteritas. dubitas uirtutem factis extendere. idest gloriam. Aut ē aliquis timor quite a regnis italiae reuocat.

